



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 14. Successio Episcoporum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum II.
A. C. III.

bis perutiles, nam fide, patientia, & omnibus, quæ proximo ædificationi esse possunt, plenæ sunt. De iis, quæ Ignatio & sociis ejus contigerunt, nos certiores reddite. Hujus Epistolæ lator est Crescentius, quem vobis commendavi, & iterum commendo, vita enim ejus apud nos, sicut & apud vos acta, nulla reprehensione digna est. Vobis etiam commendo sororem ejus, quando veniet ad vos. Dominus vos cum omnibus vestris in sua gratia conservet. Amen.
Hier. Scrip. Hæc S. Polycarpi Epistola adhuc trecentis, postquam scripta fuit, annis in Asia Ecclesiis prælegebatur.

§. XIV.

Successio Episcoporum.

Euf. Chron. S. Ignatio in Sede Antiochena succedens Hero, ejusdem Ecclesiæ Diaconus, rexit eam viginti annis. Cerdo Episcopus Alexandriæ eodem anno Christi centesimo septimo obiit, postquam sedisset annis undecim. Successit ei Primus, qui sedit annis decem. Evaristus Papa anno sequenti centesimo octavo obiisse creditur, & certum est Alexandrum ei successisse, & Alexandro Sixtum, & ipsi Telesphorum, Martyrii palma decoratum, cujus Regiminis initium nonnulli ponunt anno centesimo undecimo; dura-

Telesphorus
Papa.

duratio enim Regiminis singulorum est ^{Sæculum II.}
 incerta. Jerosolymæ Justus Episcopus ^{A.C. III.}
 obiit anno centesimo undecimo, cui suc-
 cessit Zachæus, deinde Tobias, Benja-
 min, Joannes, Mathias, & alter Benja-
 min alio nomine Philippus dictus. Hi
 sex Episcopi non ultra tredecim annos
 sederunt propter continuas persecutio-
 nes, & quantum quisque eorum sederit,
 sicut etiam de Romanis ignoratur. Ad
 eadem Trajani tempora referunt S. One-
 simi Episcopi Ephesini, & Discipuli S. Pau-
 li mortem; eum in vinculis Romam ab-
 ductum, & lapidatum fuisse ajunt, & ibi-
 dem primum quidem sepultum, at dein-
 de ejus Reliquias Ephesum translatas.

Eus. Chron.
An. 112.
Id. 4. hist. c. 5.
An. 111.

Ado festiv.
Ap.
Martyr. 16.
Febr.

§. XV.

Papias.

Idem circiter tempus Papiæ Episcopi
 Hierapolitani in Phrygia fama percre-
 buit, viri in omni Disciplina doctissimi,
 & in Scripturis versatissimi. Discipulus
 erat Joannis Presbyteri Ephesini, & S. Po-
 lycarpo amicitia junctus; ipsos Aposto-
 los non viderat, sed eorum Discipulos,
 & nonnullos ex Discipulis Domini, eo-
 rumque traditiones sollicite retinuerat.
Non mihi placebant, ait de seipso, illi, qui
multa loquuntur, sed qui veritatem do-
cent, nec illi, qui peregrina præcepta, sed
præcepta nobis a Domino data referebant,
Hist. Eccles. Tom. I.

E e

E

Eus. III.
hist. c. ult.